

14. Unter dem Beugniß des Königs Philipp beurkundet Abt Heinrich von Fulda, dass der König u. a. ihm Kirchlehen respektiren, um sie dem Kloster Wehrterswinckel als Eigen zu übertragen, wofür jene dann andere Güter als Ersatz zu Lehen erhielten. (Würzburg) 1199 (febr. 22 - sept. 24.)

Heinricus dei gratia Fuldenensis ecclesie abbas, cum commissa sibi congregatione universis fidelibus tam presentibus quam futuris in perpetuum. Ea que rationabiliter ordinantur, ad noticiam presentium et posterorum dignam duximus transmittere, maxime dum iusticiam evitent, et redolent pietatem. Ideoque universitati omnium significamus, quod dominus Philippus Romanorum rex semper augustus quasdam possessiones ecclesie Fuldenensis in villa Hocheim, decem videlicet hubas sex talenta et x. solidos annuatim solventes, ab eadem ecclesia nostra in feodo habuit et ab eo Bobbo de Immoldeshusen¹ et filius eius Heinricus de Sterneberg et ab eis Otto advocatus de Salza et Cunradus et frater eius Jungus de Zabelstein et ab eis Bertoldus Schrimphe, Heinricus Schrimphe, Rudegerus Zingil et Rabodo a supradicto Heinrico de Sterinberc² prenominate hubas iure feodi possederunt. Bobbo etiam de Wairungen duas hubas annis singulis xvi. solidos solventes, et iam dictus Heinricus de Sterinberc hubam unam in Hendingen triginta solidos annuatim solventem a nobis et ecclesia nostra in feodo tenebant. Verum cum monasterium virginum Christi in Wehrterswinckel quedam predia in supradicta villa Hocheim titulo proprietatis haberet et ea propter importunitatem rusticorum ad debitorum usus ac pensiones instituire non valeret, ad evitandum tante calamitatis periculum, cum memorato domino Philippo Romanorum rege, et eis, qui sibi vicissim in eodem feodo succurrunt, nobis presentibus et consentientibus, tractare ceperunt, quod prefatas hubas, quas a nobis et ecclesia Fuldenensi in feodo tenebant, in manus nostras resignarent et nos eas prenominate monasterio proprietatis iure hac videlicet ratione conferremus, ut ipsam monasterium Wehrterswinckel³ decem hubas in parvo Hocheim quinque talenta et in villa Alersleben^{quattuor} hubas triginta solidos et in villa Sterfridishusen duas hubas, talentum unum annuatim solventes, et in Swaminhusen duo talenta et quinque solidos restantium predictarum possideri.

des Immoldesh

Hendingen

tat.
rat